

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Politia Daniæ.

1. **QVINTVS**, Status est rusticorum, horum duo sunt genera, primum vocatur, *Freibunden* id est liberi Coloni. hi possident agros hereditarios, paululum tamen inde singulis pendunt annis. Hi etiam mercaturam & piscaturam exercent. Seruitijs præstandis non opprimuntur, nec tributa pendunt, nisi consentientibus regni Senatoribus. Alterum genus est eorum qui non possident bona hereditaria, sed à Rege, nobilibus aut Ecclesiasticis personis ea conducunt, & seruitia multa inde dominis præstare coguntur, prout cum domino agri conuenerunt.

2. Hæc fere sunt, quæ de Politia Danica exponenda mihi fuerunt, ex quibus patet monarchiam Danicam, plerumque fuisse optimè constitutam, nobilitatemque liberam electionem Regis semper habuisse, at tamen ex familia Regia, vt antea etiam dictum est, vnde hoc commodi consecutum est, ne Dani intestina habuerint bella ac dissentiones, nisi quæ ortæ fuerint inter Regiam familiam, quas tamen cito composuerunt, interuentu aliquot nobiliũ, præsertim cum Regum filij nullam capiant regni partem. Deinde cum omnes sint tantum nobiles in Regno, & Baronum & Comitum Ducumque nomina & titulos ignorent, nullus tantis diuitijs affluit, vt ijs filius se familiæ regum opponere audeat, eo quod inter filios & filias semper diuiditur paterna hereditas. In Daniæ summa dignitas est equitum quos ab ornamentis, quæ illis tribuuntur auratos vocant: sed illa nemini nisi tempore pacis & belli bene de republica merito confertur. Ita habent Reges Daniæ optimè florentem rem publicam: quæ facile ab externis hostibus defendi potest, cum subditi vnanimis cum Rege vt naturali suo domino terra marique hostibus resistere queant. Huic Regno florentissimo hoc nostro tempore præest CHRISTIANVS quartus, quem vt cum omnibus Senatoribus & nobilitate totius regni incolumem Deus optimus maximus conseruet, eique tranquillam & pacificam concedat gubernationem, ex animo precor.